



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Clementis XII. ab Anno V. usque ad X.

Luxemburgi, 1748

CCXI. Indulgentia alias concessa Visitantibus Ecclesias Congregationis
Missionis, & Puellarum Charitatis die 27. Septembris applicatur die 19. Julii
B. Vincentii a Paulo sacro.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75393)

Dat. die 20.
Septem. 1737.
An. VIII.

CCXI.

præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum inferitis habentes, illis alias in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 20. Septembris 1737. Pont. nostri Anno Octavo.

CLEMENS PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Benedictus XIII. Indulgentiam concedit Visitantibus Ecclesiis Congregationis Missionis die 27. Septembris.

S. 1. **A**lias felicitis recordationis Benedictus Papa XIII. Prædecessor noster omnibus, & singulis utriusque sexus Christianidelibus vere poenitentibus, & confessis ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis Presbyterorum Sæcularium Congregationis Missionis tam eatenus erectis, quam in posterum erigendis die vigesima septima Mensis Septembris a primis Vesperis usque ad occasum Solis diei hujusmodi singulis annis devote visitassent, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino perpetuo concessit.

Eandem Indulgentiam extendit Clemens ad Ecclesias Puellarum Charitatis.

S. 2. Postmodum vero nos eandem indulgentiam ad Ecclesias seu Cappellas Puellarum Charitatis nuncupatarum regulam, seu institutum Sancti Vincentii a Paulo profectum extendimus, & ampliavimus, & alias prout in literis felicitis recordationis Benedicti XIII. Prædecessoris nostri die 14. Februarii 1730. Pontificatus sui anno sexto, & nostris die 30. Augusti 1730. in simili forma Brevis respectu desuper expeditis plenius continetur.

* Revocatis itaque hujusmodi concessionibus ex prædicta die applicantur die 19. Julii Sancto Vincentio a Paulo sacro.

S. 3. Nunc autem nos prædictam Indulgentiam visitantibus aliquam ex dictis Ecclesiis die vigesima septima Mensis Septembris, ut præfertur, concessam per præsentis auctoritate Apostolica revocantes, ac supplicationibus dilecti filii Joannis Couty Superioris Generalis dictorum Presbyterorum Sæcularium Congregationis Missionis nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinari, omnibus, & singulis utriusque sexus Christianidelibus vere poenitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex prædictis Ecclesiis die festo Sancti Vincentii a Paulo decima nona Mensis Julii celebrari solito dictæ Congregationis Missionis, ac Puellarum Charitatis nuncupatarum Fundatoris a primis Vesperis usque ad occasum Solis diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum Concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Transumptis danda fides.

S. 4. Volumus autem ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prout fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibite, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 23. Septembris 1737. Pont. nostri Anno VIII.

Fr. Card. Oliverius.

Confirmatio Chirographorum super distributione Salis a Cartella nuncupat. in Civitate Anconitan. ac illius Statu, & Comitatu faciendæ.

CLEMENS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

S. 1. **E**xponi nobis nuper fecerunt dilecti filii Communitas, & Homines Civitatis nostræ Anconitan. quod alias nos per Chirographum manu nostra subscriptum, & Dilecto filio nostro Dominico S. R. E. Presbytero Cardinali Riviera nuncupat. Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium bono regimini Communitatum, & Universitatum Status nostri Ecclesiastici præpositæ Præfecto directum eidem Civitati facultatem, & gratiam deveniendi ad distributionem Salis, ut vulgariter dicitur a Cartella super qualibet persona etiam Ecclesiastica, & Regulari, privilegiata, ac privilegiatissima, nec non prædicta Civitate, toto illius Statu, & Comitatu cum variis facultatibus, & provisionibus ad bonum distributionis Salis hujusmodi finem tendentibus concessimus.

Chirographo concesserat Clemens Civitati Anconitanæ de venire ad distributionem Salis dicti a Cartella.

S. 2. Et subinde per aliud simile Chirographum per nos signatum eidem Dominico Cardinali, & Præfecto itidem directum ad tollendam quancumque dubietatem quæ super comprehensione aliarum personarum specificam, & individuum mentionem prætendentium exoriri posset, primodictum Chirographum confirmantes, declaravimus, quod tales personæ, Ordines Regulares, militares, patentati, privilegiati, & privilegiatissimi, qui specificam, & individuum mentionem requirerent, comprehensi remaneant, ac jura Camera nostræ Apostolicæ quomodolibet competentia reservavimus, & alias prout uberius continetur in dictis Chirographis tenoris sequentis, videlicet:

Declaravit postmodum in d. Chirographo omnes omnino comprehensiones di etiam specificam mentionem dignas.

S. 3. Reverendissimo Cardinale Domenico Riviera Prefetto della nostra Congregazione de Sgravi, e Buon Governo. Ci ha fatto rappresentare la nostra Città di Ancona, che pacificamente godendo e possedendo per legittimi titoli anche onerosi la privativa di vendere il Sale in tutta la Città, Territorio, e Luoghi, e Territorj del suo Stato, e Contado, sia spediente per l'indennità di essa Città, che per l'addietro ha patito un notabilissimo sbilancio nel Provento di tale Privativa, rispettivamente alle persone a lei soggette per varie irreparabili Cause e specialmente delli Contrabandi di Sale, atteso il luogo situato vicino al Mare per modo tale, che oltre varj considerabili successi, la speranza ha dimostrato, che ne' tempi presenti l'annuo fruttato della suddetta privativa resti eccessivamente diminuito, di venire alla distribuzione de Sali ripartitamente per ogni persona, e come volgarmente si dice a Cartella, secondo la deliberazione a pieni voti presa nel pubblico e general Consiglio celebrato li 22. Agosto del passato anno 1736. -- Ed avendo Noi benignamente ricevute le suppliche, che sopra tale affare ci sono state umilmente rappresentate, e inteso prima il parere, ed informazioni dateci da Monsignor Carlo Maria Sagripante nostro Tesoriere Generale, anche col voto della nostra Congregazione Camerale, e precedenti le informazioni date da Monsignor Niccolò Serra Governatore di detta nostra Città di Ancona, quali cose tutte abbiamo qui per pienamente inserite ed espresse parola per parola, siamo venuti alla concessione del presente Chirografo, col quale commettiamo a voi, ed a vostri Successori che in virtù della nostra suprema potestà ed autorità Pontificia, e senza bisogno di riportare il consenso di

Tenor primi Chirographi.